

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Clementissimis Auspicus Fridericianis De Emphasi  
Sacrarum Vocab, Ex veteri Hist. Hebr. repetenda, publice  
cum aliis colloqventur**

Ad diem XII. Maji A. a partu Virginis MDCCIII. In Auditorio Theologorum

**Dassovius, Theodor Dassovius, Theodor**

**Kiloni[i], 1714**

**VD18 90523733**

Comma. VIII. Hebr. 4. v. 6.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10336**

(21) **COMMA. VIII.**

*Hebr. 4. v. 6.*

**Accedamus igitur cum fiducia ad  
thronum gratiæ.**

§. I.

**L**Icet sacerdos V. T. accedens ad thronum gratiæ sive ad operculum arcæ foederis incubans (qvod thronus vocabatur, qvia Deus in eo tanquam throno qviescebat) expiationem impetraret non modo pro suis & familiæ suæ peccatis, sed & pro peccatis totius populi, & hinc merito manibus pedibusqve debuisset subsilire, qvod Dei gratiam adipisceretur, tamen mirum dictu. est, qvod non cum fiducia ad thronum gratiæ accederet, sed cū tremore & consternatione. Nā scribunt Hebræi veteres timuisse sacerdotum summum a fulguribus ex nube gloriæ divinæ Cherubinorū alis imminentis interdū emicantibus, ne ab iis consumeretur, præterea timuisse, ne si obambularet a Majestate divina perderetur. Hinc intra vectes arcæ stetisse tremulum, & ibi aspersiones in lege Mosis injunctas peregisse, ne causum istos vectes transcendere. Addunt & hoc, qvod cum sancto sanctorum feliciter exiisset, & votum pro felicitate novi anni & non ablitione sceptri a jehuda formaret, debuerit, illud votū in paucissima verba contrahere, ne diuturniore mora populus sacerdotē summum fuisse mortuū, autumaret; utpote qvi intra templū & porticum sacerdotem summum exspectabat, imo si familia sacerdotis summi salvum illum prodire ex

13

sancto



sanc*tō* sanctorum cerneret, tanto afficiebatur gau-  
dio, ut illum convivio exciperet, & Deo conservan-  
tiageret gratias. Qvarum rerum vestigia leguntur  
in Majmonide T.3. de die expiationis c.4. Mischna de die ex-  
piationis c.5. & in Abarbanale in Levitic. fol. 249. edit.  
Venet. in fol.

§. II. Itaque notanter dicit Apostolus, quod nos  
ad thronū gratiæ nempe Christum accedere debeam-  
mus cum fiducia, quia nulla fulgura legis metuenda  
sint, nulla fulgura iræ divinæ pertimesceri debeant,  
quia pacem habeamus cum Deo, & cum illo plena-  
rie simus reconciliati. Deum enim esse nos ambabus  
ulnis propter fidē in Christum amplexaturum, & se  
nobis tanquam filiis amicissimis præbiturum Patrē  
gratiosissimum & clementissimum, cuius gratia su-  
perabundet, & major sit, quā mente capere possimus.

## COMMA IX.

Apocal.2. v. 5.

Et movebo candelabrum de loco suo.

## §. I.

**P**Er Candelabrum intelligitur Ecclesia, ut recte ex-  
plicant Lucas Osiander, Cornelius a Lapide aliique in  
b.4. in primis cum in primo capite septem Ecclesiæ  
yocentur septem candelabra.

§. II. Quando autem candelabrum sacrum apud  
Hebræos movebatur loco, tunc cult⁹ Ecclesiæ cessa-  
bat, non aliter ac si ipsa Ecclesia tolleretur. Nā si can-  
delabri, lucē suppeditans tabernaculo, movebatur,  
movebatur etiā arca loco suo, movebantur altariade  
loco